que multum nemorosa est et inhabitata. Sunt autem ibi multa
nemora arborum aromaticorum et omnium specierum. In medio autem
harum insularum scilicet altay et pentayn per lx miliaria scilicet
navitas inde transeuntes levans artemones navium quia
aqua est parva ibi et parum profunda scilicet iiij passuum. Ultra
illas lx miliaria invenitur insula que civitas est et caput
regni et ipsa vocatur pentayn. Gentes eius et omnium harum
insularum sunt ydolatre. Habet autem insula licet proprium ydeoma
et regem. Crescunt autem omnes species in maxima habundancia
De insula Janamayn Navigatur autem a pentayn C — de maxi[ma]
miliaribus invenitur maxima insula nomine Janamayn. Ci- — insula Ja-
rcuit autem eam MM miliaribus. Dividitur autem in viij regna — namayn
quorum quodlibet habet proprium regem et omnes gentes sunt ydolatre — habet octo
Est autem ibi habundancia omnium specierum. Sunt autem ibi mul- — Regna.
te species que numquam in nostra patria visa sunt. Hec autem in-
sula est sita tantum ad meridiem quod articus seu transmontana — est tantum
numquam ibi apparet. Ego autem Marcus polo fui et mo- — ad meridiem
ratus sum diu in ista insula et tamen sex regna — quod numquam ibi videtur polus
de viij regnis eius et ea vidi sicut eorum conditiones. — articus.
Primum vero regnum huius insule vocatur ferlechi quod — de primo
mercatores sarraceni multum frequentant cum gentibus huius — Regno.
regni racione mercacioni. Ideo ille gentes colunt Macho-
metum qui habitat iuxta mare propter navigat ad ipsam
insulam sarracenos. Gentes autem alie eiusdem regni

quod videt primo mane illud adorat tota die. | qui habitant in montanis nulla habent legem bestialiter
tamen viventes Et quicquid primo mane vident illud adorant
tota die. Illi comedunt carnes omnium animalium et libe-
De secundo Regno insule | ter hominum. De insula Basman Secundum regnum huius
insule vocatur Basman cuius gentes ydolatre sunt
proprium ydeoma et regem nulla tamen utuntur lege nisi
bestiarum dicunt se esse sub magno chaam tamen in nullo
ei serviunt nisi ad placitum. Sunt autem ibi multi elepha-
Ibi sunt unicornii. Forma unicorniorum. | tes. Sunt etiam ibi multi unicornes parum minores ele-
phantibus sunt autem pilo bubalorum pedes vero ele-
phantum caput vero porcinum ad terram curvum habent et
cornu unum in frontibus et in medio quod est grossum et nigrum
linguam eorum est tota spinosa longis acubus quibus ledunt
et animalia. Sunt hec animalia sicut monstruosa ita turpia
Simee diversarum formarum. | ad videndum. Sunt etiam ibi symee diversarum formarum
in magna multitudine. Aliquae earum sunt parve habentes eciam
membra simo similia hominibus. Homines autem volentes
decipere iudei pilant et occidunt eos dimittentes eis bar-
bam et certos pilos horum figurantes et parant fron-
tes ad formam hominum et siccant eas ne putrescant et per a-
portant per mundum facientes simplices credere quod sint ho-
Vulture nigri magni. | mines in mundo ita parvi. Sunt etiam hic multi austures
magni et nigri ut corvi quorum optime aucupant. Hec omnia
sunt in secundo regno insule huius. De tercio Samaria
De tertio regno insule | Tercium regnum huius insule vocatur Samaria
In huius partibus Ego marcus polo auctor huius libelli
morabar per mensibus quinque maris tempestatibus cum navigare
prohiberemur descendentes cum ad terram fecimus castra lignea

timentes illos homines qui brutaliter viventes nulla lege · homines comedunt carnes humanas.
utuntur. Cum sint ydolatre comedunt omnem carnem et pre-
cipue humanam. In hoc regno minime apparet articus cum omnis · hic numquam apparet articus.
terra vergat ad meridiem. Pisces autem copiosos et bo-
nos habent. Frumento carent, risa autem habundant. Vino eciam
vinos carent. Vinum sic habent. Nam ibi est quoddam genus · vinum de quodam genere arborum.
arboris simile palme habens iiii^or ramos. Per singulas arbo-
res hii autem arbores certo anni tempore non sicca conscindunt ramum
eum qui distillantes fertur parvum orciolum ad ramum li-
gatum infra unam diem et noctem implet. Cum autem dis-
tillacio cessat, arbori ad radices aquam infundit et tunc
sicut primo distillat. Iste ergo liquor vocatur vinum. Vinum
habent autem de ipso satis de albo et rubeo et est satis aptum potui
et videtur esse quasi vinum. In isto regno est habundancia nucum · hic nuces indie multum grosse.
indie et sunt multum grosse. De regno Dagroyam. Quar-
tum regnum huius insule vocatur Dagroyam. Gentes eius · de quarto regno insule.
ydolatre habent proprium ydeoma et regem et sunt crudelissi-
mi et brutales. Consuetudo vero eorum est quod cum aliquis eorum · gentes sunt
infirmatur ipsi vocant quosdam suos magos querentes · bruti et crude-
ab eis utrum infirmus debeat curari. Magi faciunt incan- · lissimi.
taciones suas, tunc consanguinei infirmi vocant quosdam · nota de consangui-
qui habent artem occidendi infirmos illos, qui vocati · neis infirmis
veniunt et ponunt aliquid super infirmos, quorum eorum alter · et qualiter occidunt
includitur quousque suffocatur et moritur. Cum mortuus · et comedunt eos.
omnes consanguinei mortui adunati coquunt cadaver
et comedunt illud necnon medullas omnium ossium dicentes
quod melius et honorabilius sit de illo comedere quam putrescere
et quod si vermes eius morerentur fame anima eius propter hoc
in alio seculo patitur magna pena. Ossa autem eius re-

ponitur in modica cannula occultissimus ne ab aliquo
homine aut bestia valeat inveniri. Cum isti capiunt ali-
quem qui non est de gente eorum si non potest solvere pecuniam in-
positam comedunt eum convocatis suis cum gaudio ut dictum est.

De quinto Regno insule zenama in.

De regno Sambu. Sambu est quintum regnum huius in-
sule ibi est magna copia et habundantia omnium specierum aromati-
carum specialiter camphore. Sunt ibi berci copiose. Berci enim

magna abundancia camphore omnium specierum.

sunt quedam arbuste aromatice et gignentes semen. Se-
men igitur seminatur et nascuntur berci et similiter ipse
et postmodum carpunt eos cum radicibus et sunt multum vi-
les species ad mita. Et ego marcus polo auctor huius libelli
fui in isto regno et portavi venetias de isto semine et feci
seminare sed nequivit nasci propter frigus terre cum velit ha-
bere terram calidissimam sicut illa in qua nascitur que est
calida quia est tam ad meridiem quod stella tramontana sive

sunt idolatre.

artica nunquam apparet. Gentes huius provincie sunt ydola-
tre. Sunt ibi homines habentes longum collum ymo simissime

ut facies caninas.

et facies omnino caninas. Isti non habitant in civitatibus
sed in montibus et sunt crudelissimi comedunt insuper bestias.

De sexto Regno insule.

melior camphora de mundo que venditur ad pondus auri.

De regno Fansur. Sextum regnum huius insule vocatur
Fansur. Ubi nascitur melior camphora de mundo que ven-
ditur ad pondus tantum auri. Caret tamen frumento et
vino vitis. Sed habent vinum de arboribus palmarum ut sus

panis et vinum de arboribus.

stilibus et est valde bonum. Habent eciam arbores multum magnas
et grossas quarum cortex est satis subtilis. Sub cortice
autem sine intus cortice et ligni sunt arbores est farina que
est similis per omnia farine frumenti. Est autem valde bona
ad faciendum crustas pastis. Et ego marcus polo come-
di de ista farina que est valde bona ad comedendum.

: de aliis duobus regnis insule non dixit autor quia non fuit in eis.

Dixi nam de sex regnis que vidi in predicta insula de
aliis duobus regnis et de hiis que in eis sunt non dico
quia non fui in eis. Hec igitur sex regna sunt in insula ma
iori Iana minori et ego marcus polo predicta cognovi
De duobus aliis insulis Sunt due alie insule ab in
sula Iana minori .L. miliaria per mare quarum una vocatur
necumera. Gentes huius nulla habent legem sed sunt ydolatre
vivientes more bestiarum incedentes omnes nudi mares et
femine. Sunt in ipsa insula maxima habundantia sanda
lorum rubeorum et nucum de india et multarum aliarum specierum que
nobis ygnote sunt. Nomen alterius insule vocatur Angar
tam. Hec insula est multum magna. Gentes eius sunt ydo
latre viventes per omnia more bestiarum carentes om
ni frumento comedunt risum in quo multum habundant
et bibunt lac. Comedunt etiam omnem carnem et maxime huma
nam. Sunt falsissimi et proditores et multum vesu pellares hi
omnes capita per omnia similia canibus mastinis oculos et et den
tes habent similes sicut canes. Hec autem insula habundat in omnibus
speciebus aromaticis. Habent multos fructus dissimiles a fructibus
et speciebus nostris et nobis ygnotos. De insula Selanche
Est quedam alia insula nomine Selanche vergens ad occa
sum longe ab angamam .C. miliariis. Est autem de melio
ribus et maioribus insulis de mundo gyrans ij^m iiij^c
miliariis. Fuit tamen antiquitus maior sed vento aquilonari flante
marique intumescente terra mare absorbuit ut etiam dicit
marinariorum expositio prout etiam ostendit mappa mundi. Hec
insula girare consuevit olim iiij^m vj^c miliaria. Gentes
huius insule habent proprium ydeoma et regem ditissimum nulli
subditum. Mares et femine nudi incedentes portant ad coopi

: gentes vadunt nudi.

: de aliis duabus insulis. una vocatur necume[ra]
: hi sunt idolatre
: hi sandali sunt in maximo abundancia.
: nuces de ind[ia]
: altera insula angaitam
: comedunt carnem huma nam.
: habent capita et oculos et dentes similes canibus mastinis.
: de insula selanthe.
: est de maioribus insulis mundi.
: et fuit multum maior sed vento aquilonari mare obrorbuit e[am]

...li faciunt vinum
...asciculis fetis in
ramis palma-
rum.

...eum quod faciunt
...t idolatre.
comedunt carnes
humanas.
...inveniuntur
optimi rubini
...e carbunculi
...e saphiri.
Rex huius insule habet
rubinum longiorem
palmo et gro-
ssum ut brachium
valoriorem quam huius
insule sit.

...ota quod sunt tres
Indie scilicet maior
minor et me-
dia.
De corpore sancti
Thome apostoli.

mestum vendor tantum modicum Corii. Carentes enim omni
blado vivunt in riso et vino expresso de fasciculis fetis
arborum palmarum ex quibus fasciculis stillat liquor eo
precisis ita quod vase ligato ad ramum infra diem et noctem
impletur. Est autem vinum valde bonum et quoddam est album
et quoddam rubeum. Habent autem multum seminis susimani ex quo
faciunt oleum. Sunt et ydolatre et comedunt de omni carne
et specialiter humana. In ista insula inveniuntur optimi rubini
sive carbunculi. In toto mundo non inveniuntur nisi in ista
insula. Inveniuntur et ibi optimi saphiri et amestini
et multi alij lapides preciosi. Rex huius insule habet pulchri-
orem rubinum qui unquam fuit visus ab homine. Est enim lon-
gior palmo et grossus ut brachium hominis splendet ut
lux rubea ut ignis et caret omni macula. Magnus chaan
misit solempnes nuncios ad hunc regem rogando quod aut
rubinum ei donaret aut venderet accepta pro eo una civi-
tate. Rex igitur honoratis nunciis reddit quod rubinum nunquam
nunquam venderet et pro ex civitatibus nec unquam donaret
suorum progenitorum carissimum et antiquissimum sibi iocale
singulare relictum. Gentes huius insule licet sint multum
divites nihil tamen sunt in armis. Sed si eis guerra
insurgit guerre exercicium cum pecunia. Sciendum Dic-
ta de magna insula Canameyn que dividitur in octo
regna et de duabus insulis aliis magnis que sunt iuxta
eam. Sciendum est quod sunt tres indie scilicet maior minor et me-
dia. Nunc igitur de maiori dicendum est ubi mortuus est
beatus Thomas apostolus et in ea dicitur esse corpus eius ad cuius
sepulchrum Deus multa miracula operatus est quotidie. Hic
duo notantur. Provincia maabar. Navigantes ab insula

de india maiori.

Seilanche lx miliaribus versus occidentem invenitur maxima
provincia nomine Maabar que dicitur maior India et melior
est etiam ditior provincia de mundo. Gentes eius sunt ydolatre
habent proprium ydeoma et regem. Omnes mares et femine semper va-
dunt nudi preter verecunda que cooperiuntur modico panno
ut totis. Rex autem eorum portat ad collum monile singulare aureum
plenum rubinis et smaragdis et saphiris et aliis lapidibus
preciosis et hoc solum habet ad cooperiendum verecunda. Portat autem ad
collum cordulam sericeam et ornatam C IIII perlis grossis
et rubinis. Dicit quoque rex C IIII orationes ad honorem
deorum suorum. Portat autem appensa ad quodque brachium et tibiam
tam optima ornamenta lapidum preciosorum. Habet autem ille rex
Vc uxores. Tenet etiam maximam familiam servitorum et sociorum
qui semper comedunt et equitant secum. Cum rex moritur corpus
eius comburitur cum magna sollempnitate presente maximo congre-
gatione. Tunc multi illorum sociorum et suorum servitorum ponunt se
sponte in ignem et comburuntur cum rege dicentes quod serviant
et sociabunt se ei in alia vita sicut fecerunt in ista. Civitas in
mari huius regni capiuntur multe perle pulchre et grosse
in maxima quantitate hoc modo. Multi cum mercatoribus in societate
sociati conducunt multas naves et homines natatores et
gnaros piscandi perlas. Conducunt etiam incantatores piscium
quia nisi pisces incantarentur nemo posset natare quin
a piscibus devoraretur. Incantatores hii habent semper de perlis
partem qui omni sero destruunt incantationes ne perlas in-
eorum absentia capiant. Laboratoribus igitur gnaris hostre-
arum in quibus gignuntur margarita ut perle et incantatoribus
sunt cum mercatoribus congregati ascendunt de terra in mare
lx miliaribus et ibi proiectis anchoribus vadunt natatores

De provincia Maabar que est maior

Hec dicitur India maior et melior

Est ditior provincia de mundo

Gentes vadunt nudi

Qualiter rex vadit ornatus

Habet rex Vc uxores

Cum rex moritur comburitur corpus

Quomodo servi ponunt se in ignem et comburuntur cum rege et quare

Hic capiuntur multe perle et multum grosse

Et qualiter capiuntur perle

Quomodo pisces incantantur ad piscandum perlas

33

[tem]pore durat [pi]scato.

ad fundum et ibi inveniunt et capiunt hostras gignentes
inter se perlas Piscatio hec durat a kl Septembris usque
ad medium Maii at nulla invenit perla Sz inde
ad CCC miliaria inveniunt a kl Septembris usque ad
medium octobris istis temporibus capiunt perle hic modo in
maxima quantitate et maxima habundancia aliqui merca
tatores aut [illegible] dant pro anno perlas In isto regno non nas

[E]quo non nascuntur equi aliunde huc ducti moriuntur in [an]num.

cuntur equi sed aliunde illuc ducti infra annum mori
untur et destruuntur et propterea rex ille consuevit maiorem
thesaurum in equis de quibus emit annuatim CC [illegible]
qui ducuntur de provincia Curmos et Ensay [illegible] duca
tor et Adem in quibus nascuntur boni equi Venditur

[illegible] boni [illegible]

enim ibi equus et [illegible] saccos auri Saggius aut plus
valet quam florenus et est aut in hoc regno consuetudo
quod cum aliquis committit excessum pro quo debet mori secundum

[Qua]ndo quis debet mori ipse [illegible] reliquit ad supplica[cionem] amicorum conce[di]t Rex quod possit [se] interficere [illegible].

legem eorum ad longam pravi instancia carorum eius et
moritur concedit rex quod possit se ipsum interficere ad ho
norem talis optati ydoli Cari aut eius ligat ad collum
eius XII gladios acutissimos et ducunt eum positum in pul
chro ferculo per totam civitatem proclamantes quod talis vult
se ipsum interficere ut occidere ad honorem talis ydoli pro
veniens aut ad locum ubi fit communis iusticia ipse
clamat ut supra et deffectus positus partit et occidit
se cum altero dictorum gladiorum quos parentes eius comburunt
cadaver et faciunt maximum festum Quando aliquis mo
ritur in ista provincia comburitur cadaver a consanguineis
facientibus maximum festum super eum Et tunc aliqua uxoris
scilicet que dicit se magis dilexisse ponit se sponte in
igne cum viro et [illegible] se ad mortem amore habuisse

Quando aliquis moritur
cadaver comburitur a consanguineis cum maximo festo
et tunc aliqua uxorum scilicet quam magis dilexit eum ponit se
sponte in igne cum viro [illegible].

:. hec gens que adorat bovem et non comedit bovem neque occidit.

In contrata huius maioris Indie est gens que adorat bovem nec bovem comedunt nec occidunt et de eius pinguedine ungunt se et omnia utensilia sua. Est etiam gens inter eos in alia parte Indie que vocatur Gayn qui descenderunt de generatione illorum qui occiderunt beatum Thomam apostolum. Isti nullo modo possunt intrare nec aliquis aliqua vi humana per eos aut aliquem mittere in ecclesiam beati Thome apostoli que est ibi ubi est eius corpus. Isti comedunt bovem et tamen moritur morte propria. Pro modo aliter Rex Indie et omnes populi eius semper sedent in terra interrogati autem quare non sedent aliter respondent nos sumus nati de terra et in terra demum redigendi ideo non debemus nimis honorare terram. Isti Indi semper plantant nudi nec habent aliud bladum nisi risum in quo satis habundant. Plantantes nudi portant lanceos et scutum tamen. Gentes Indie maioris nullum occidunt animal. Cum autem volunt carnes comedere faciunt animal illud occidere per hominem qui non est de lege eorum. Omnes mares et femine lavant se mane et sero alias non comedunt. Quicumque dimitteret lavari semel totiens reputatur sicut hereticus. Luxuriam nullam reputant esse peccatum.

Sunt etiam ibi multa monasteria ydolorum quorum monachi sunt magne austeritatis. Ipsis monasteriis multi offerunt filios suos ad honorem deorum in quibus plus confidunt. Cum monachi illi faciunt festa ydolorum suorum congregant virgines patrie ad festum et ille cantant et balant coram ydolo et tamdiu ille astant cantando cum est festum virgines cum parata cibaria ponunt coram ydolo et tamdiu ille astant cantando et balando quamdiu deus possit spaciose finiisse comestionem dicentes quod deus ille comedens

:. gens que venit de illis qui occiderunt beatum Thomam non possunt intrare neque aliquis vi ecclesiam beati Thome

:. Rex Indie et omnes populi sedent semper in terra et dant rationem quia nati in terra sunt et in terra resolvuntur

:. plantant nudi

:. nullum occidunt animal.

:. lavant se mane et sero. aliter non comedunt.

:. de monasteriis ydolorum

:. de festis ydolorum

:. qui bibunt vinum sunt infames.
:. et qui navigant per mare sunt infames et cetera.

suorum appositorum ciborum quo facto redeunt ad propria
Homines igitur sic serviunt ydolis donec moriuntur. Homines
Indie nichil valent in armis. Sunt ibi multa maleficia
maleficiis de homicidio et furto. Homines qui bibunt vinum sunt
infames nec recipiuntur ad testimonium. Homines namque navi-
gant per mare similiter sunt infames quia dicunt esse
desperatos. Nunquam pluit ibi nisi raro scilicet in Iulio Iunio
et augusto et nisi esset hec pluvia omnes interficeret calor
in [illegible] quem est ibi propter quod omnes nudi vadunt
propter. Sunt ergo ibi optimi phisionomiales et astronomi au-
gures intendentes et in incantationibus demonum et divi-
nationibus. Sunt ergo ibi multi austures nigri ut corvi
et optime aucupantur. Sunt ergo ibi multe aves que apud
nos non inveniuntur. De provincia Mutfili. Mutfili
est quedam provincia vergens ad austrum longe ab in-
dia maiori [illegible] miliaria. Gentes sunt ydolatre habent
ydeoma proprium et regem et nemini subsunt. Vivunt de
carnibus risi et lacte. Hic sunt montana in quibus inve-
niuntur in magna habundantia adamantes. In toto autem
mundo non inveniuntur nisi ibi hoc modo. Cum enim montana
sint altissima et periculosa ad ascendendum propter multitu-
dinem serpentum non habent accessum liberum. Et ideo tempore pluvie ve-
niens ducit adamantes ab aqua primos montium et in
rivis illis adamantes inveniri possunt a querentibus. Sunt
ergo ibi loca profunda montibus circumdata et inaccessibilia
hominibus in que volentes adamantes habere proiciunt maxima
frusta carnium. Aquile autem albe que ibi nidificant
illuc descendentes et carnes ad superiora portantes
adamantes carnibus infixos et adherentes sic cum carnibus

[Marginal notes:]
Homines Indie nichil valent in armis.
Nunquam pluit nisi in iii mensibus anni.
optimi phisionomiales.
austures nigri [illegible] alie aves ex[…]
De provincia Mutfili.
Sunt idolatre.
Adamantes hic inveniuntur magis quam in toto mundo.
Aliquo modo habent adamantes.
multitudo serpentum.
Aliquo modo quo habent adamantes.

portant Aquilarum aut albarum maxima multitudo et ibi ta-
rone indorum quoniam certa ratione serpentum infinitorum quos move-
runt ibi ad vorandam Aquilis igitur portantibus carnes de
illis profundissimis locis homines notant loca ubi descendunt
ad comedendum in quibus adamantes colligunt remanentes ipsos
certa frequenter inveniunt in stercoribus aquilarum quos aquile
glutiverant comedendo carnes Barones provincie accipiunt
adamantes a colligentibus omnes meliores et grossiores
Qui et sunt meliores et subtiliores bucaram demundo De
Corpore beati thome Corpus beati thome apostoli est in provincia
Maabar sive maabori in quadam provincia civitate que est
multum fortis rone sive situs Sarraceni enim illarum partium ha-
bent magnam devotionem ad beatum thomam et multi vadunt
de hiis ad eius templum peregre dicentes quod fuit magnus
propheta et sanctus homo de eorum gente natus Christiani enim illarum
regionum euntes ad devotionem beati thome apostoli sepulcrum
accipiunt de terra ubi mortuus fuit que est rubea et por-
tant eam secum Cum autem aliquis infirmatur distemperant mo-
dicum ex ea in aqua qua infirmus bibita statim curatur
Anno domini M CC lxxxviii cum quidam baro haberet ma-
ximam copiam risi in quadam eiusdem provincie Indie habundat
ceteris tamen frumento quod ipsa hora non capiebat ipsum man-
davit illud reponi in domibus beati thome ne peregrini de-
fectum que sunt ibi etiam ad usum peregrinorum Christiani
autem hec audientes supplicabant baroni ut tale mandatum
non faceret ob reverentiam beati thome ne peregrini defectum hos-
picii paterentur qui contemptis precibus iussit ibi reponi
risum Beatus igitur thomas baroni nocte per visum apparens
minatus est ei in morte turpissima nisi risum de eius

de corpore sti thome quod est in supradicta provincia maabori.

:: sarraceni etc habent devo[tionem] ad corpus s. t[home]

:: infirmi cu[rantur] terra rubea s. s. t.

:: actus mira[culum] s. t.

...dant deum et sanctos esse nigros...

(et demones albos./

domibus remouet uaso aut textus visione publice nar-
rans risum facit alibi deportari copiam aut deo et sancto
thome gratias reddiderunt Multa (aut) miracula facit sanctus
thomas in illis regionibus indie / Gentes huius provincie
sunt nigerrime non tamen natura sed arte Nati enim infantes
non multum nigri vngunt et lauant eos Existimant quod
facit de nigredine pulchriores quod sunt nigriores (Iudicant
ydola enim sua pingunt nigerrima et dyabolum album dicentes
deum et sanctos esse nigros dyabolum et demones esse albos
Euntes ad prelium equites ponunt super omnes equorum
ligatos pilos bouis siluestris Pedites autem ligant illos
cum capillis capitis a iniuria dicentes se propter sanctitatem bouis
non posse ab hostibus superari aut ledi et propterea pili bouis
sunt ibi carissimi **Recedendo a sepulchro** sancti thome in-
venitur quedam magna provincia ad occidentem que vocatur
lar In hac provincia sunt gentes que vocantur abrayamini
tenentes veritatem in sermonibus pre omnibus viventibus super omnia
mendacium odientes et omnem rapinam Sunt etiam castis-
simi nullam tangentes feminam nunquam nisi uxorem propriam
Sunt etiam multum temperati in cibo et potu et homines maxime
abstinencie Nunquam enim comedunt carnes nec bibunt vinum
nec aliqua racione occiderent aliquod animal Sunt enim ydolatre
adorantes bouem Attendunt multum ad auguria et astra Nullus
enim magis aut contractum aut forum faceret nisi secundum puncta
stellarum Sunt sapientes multum sapientes et racionabiles homines
quamvis istos pessimos ritus habent eorum multos religiosos colentes
eorum legem et ydola doctores vivunt CL annis
et hoc propter regulatam et temperatam vitam Nunquam enim comedunt
nisi indigeant aut bibunt Religiosi faciunt asperiorem vitam
amore deorum suorum Vadunt enim semper nudi omnino dicentes

...gentes sunt nige-
rrimi non tamen
natura sed arte

...pingunt idola
nigerrima et
dyabolum album.

...in bello portant
pilos bouis sil-
uestris credentes
non posse superari
propter sanctitatem bouis.

De provincia
lar./

...maxime te-
nent veritatem.
Odiunt mendacium
et rapinam.
Sunt castissimi.
Valde temperati
in cibo et potu.
Non occidunt animal.
Sunt ydolatre.
Adorant bouem.

Vivunt CL annis.
...temperatam vitam.

:nunquam comedunt aut bibunt
nisi indigeant.

:Vadunt omnino nudi semper (et dentes
verenda dicentes nullum peccatum habent;

sup̄ folias sicas & nō viridas dicētes
q̄ omē viride h̄t animā & q̄
nullū animal occidūt.

se de nullo curamdo quia cum multum habent petum boue
eum fusilem primi ponunt in capite ligatum quod adorat
Cum eum vngento facto de medullis bovis vngunt
se cum magna reuerentia Nunquam eum comedunt cibos suos
nisi posita super sicca folia pomorum paradisi nos in aliqua
scutella id est in insciseorio nec super viridia folia dicentes
quod omne viride habet animam propter quod nullum animal occidunt
Eorum legem suam nunquam facerent adhuc dormiunt eorum
nudi super nudam terram De Regno Colhis Colhis est quoddam
regnum magnum distans a Maabar x^c miliaribus Ibi sunt
yopiani et nestorini et iudei multi habent eorum propriam ydeoma
et regem qui nemini subest Est ibi tanta habundantia pi
peris quod montana et campestria plena sunt pipere Nascit
autem piper in arbustis domesticis Eiusdem autem piperis
de mense Maii Iunii et Iulii Ex maxima calore quod
in temporabilis sunt ibi flumina adeo calida quod omnia in eis posi
tum statim coquuntur Sunt eorum bestie in omnibus de isto
mundo deformes Sunt eorum ibi papagalli albi ut nix
quorum rostra et pedes sunt rubei Sunt eorum et alii papa
galli multorum colorum et formarum pulchriores quam nunc Omnia
eorum bona eorum nec non animalia et aves eorum sunt defor
mia a nostris et hoc accidit propter maximum calorem et
in temperantia illius provincie et patrie Nullum bladum habent sed in
riso habundant Vinum autem faciunt de zuccaro in quo habent
dant eorum in omnibus victualibus De provincia Thoman
Thoman est quedam provincia et prope Indie maioris
per mare CCC miliaribus Incipit reapparere transmontana
sive arctica vno brachio super aliquam predicte provincias quoque
nunquam apparet ista stella eo quod vergit minus ad meridiem

:. dormiunt nudi super nudam terram :.
:. de Regno Colhis
:. habet yopiani et nestorini et Iudei
:. habet piper in multa copia
:. flumina sunt calida quod posita in eis coquuntur
:. habet papagallos albi et alli multorum colorum
:. habet vinum de zuccaro
:. de provincia Thoman

:. habet incipit reaparere polus articus
sive trasmotana

:. hic ferocissima animalia et mostruosa.
:. hic simee similes hominibus.
...ti horribilles.

Etiam hec provincia est multum silvestris et inhumana. Sunt ibi ferocissima animalia et monstruosa. Sunt etiam ibi Symee similes hominibus. Sunt etiam ibi murilegi sive catti horribiles. Helli est quoddam regnum prope thomam ad CCC miliaria. hic sunt proprium ydeoma et regem et sunt ydolatre habentes pauca gente sed ditissima fortissima inaccessibilia et inexpugnabilia loca. nullum timent et nemini sunt. habundat in pipere Zinziberi et omnibus aliis speciebus. Helliabar. Helliabar est quoddam magnum regnum in maiori India quod habet proprium ydeoma et regem et sunt ydolatre nemini facientes tributum et vergit ad occidentem. hic apparet tramontana super aquam xij brachiatis. In hoc autem regno sunt plus quam CC naves predonum maris. predones autem ducunt secum per sua tota familia et uxores et per quam diu vivunt predantur in mari faciendo cum ligamina quedam elongantur naves ~~vinginti xx naves C miliaria de mare~~ ad invicem v miliaria ligatur igitur dictis ligaminibus insimul naves vinginti xx naves C miliaria de mare. Cum autem eorum videt aliquam aliam navem illa que videt facit signum ignis. tunc alii statim convenientes capiunt illam. Et isto modo vix aliqua navis evadit ut mercantia magis eorum predones que predicti naves et roba tollentes dimittunt homines dicentes ite adlucrandum plus quod adhuc incidetis iterum in manus nostras. hec provincia habundat in omnibus speciebus. De provincia Gozurath. Gozurath est quoddam aliud regnum Indie vergens ad orientem. gentes eius ydolatre. hic sunt proprium ydeoma. hic apparet tramontana super aquam sex brachiis. hic sunt maximi predones terra marique de mundo. habundant etiam in omnibus speciebus. Sunt ibi arbores alte v passuum durantes xxx annis in vigore suo que gignunt optima bambace

:. hic arbores que gignunt bambarez
credo quod sit algodon.

[Marginal notes, left:]
De Regno heli.
...ut idolatre.
De Regno Heliabar.
...apparet tramontana
...plures naves predantes mari et quer...
De Regno Gozurath.
...apparet artica.
...maximi predones terra et mari.

xij annis usque ad xxx^ta. non est bonus bambax pro tela sed
pro dyploidibus et aliis operibus **De regno tana** Recedendo
a gozurach et eundo per mare versus occasum invenitur
regnum quod vocatur tana et aliud quod vocatur cambahot
et aliud quod vocatur semnach et aliud quod vocatur kosmotora quodlibet
istorum regnorum habet proprium ydeoma et regem et quodlibet est magnum
regnum. Gentes eorum sunt ydolatre viventes de carne et
lacte omnia regna ista sunt in india maiori. Recedendo
de kosmotora eundo per mare versus meridiem ad v miliaria
inveniuntur due insule distantes abinvicem xxx miliaria
quarum una vocatur insula feminina eo quod habitant ibi fe
mine sine hominibus. Alia vocatur insula masculina eo
quod homines ibi habitant sine feminis. Habitatores autem am
barum insularum sunt xpiani et femine numquam vadunt ad insulam
hominum. Homines autem certo tempore anni vadunt ad insulam femina
rum morantur in domibus propriarum uxorum tribus mensibus quo
tempore singulis uxoribus impregnatis finito redeunt ad propriam
insulam. Natos autem infantes nutriunt matres usque ad
xiiij annum et deinde mittuntur in insulam patrum et filias vero
secum nutriunt conjugio tempore ~~redeuntes~~ et femine nullam cu
ram ~~gerunt nisi in nutriendo~~ maritandas quando conve
nit ad eas viri conjugio tempore redeuntibus et feminis nullam cu
ram gerunt nisi in nutriendo infantibus et quorundam fructuum
curandorum in quarum insula nascuntur. Homines vero laborant
et lucrantur et ministrant propter uxoribus et filiis nutriendis et
quia multe ballene capiuntur in mari illo nam multi
sunt piscatores ideo est ibi magna habundantia ambre. Est etiam
ibi magna mercatio piscium salsorum victus eorum est in lacte
riso et carnibus habent etiam propriam lingwam et subsunt cuidam

.: sunt subditi cuydam episcopo

.: de Regno tana
.: item de Regno cambaot
.: item de semna
.: item Kosmoto
.: de insula feminina in qua soles femine
.: de insula masculina in qua soli ho
.: utrique xpiani
.: quando viri veniunt ad uxores certo tempore a
.: quando filii nutriuntur
.: femine non habent curam nisi de f
.: homines laborant pro uxoribus et fi
.: hic multe ballene capiuntur
.: hic multum ambar.

De insula Scherra.
Sunt xani subiecti archiepo.
Est multum ambra et bambax.

Nudi omnes.
Astrologie et augurijs intendunt.

De allia insula Sarracenorum.
Est multi elephantes et cameli.

De aliis insulis ad quas est dificilis navigatio propter fluxum maris et refluxum.

De vertis [illegible] mirabili qui levat elephante in aere

epo qui sub est quadam archiepis exnerus **De Scherra**
insula longe ab istis insulis v^c miliar' p mare ad me
ridiem e insula noie Scherra cuius habitatores sunt
xani Sunt obedientes cuidam Archiepo et ppt copiosita
te ballenarum que ibi capiunt e ibi magna habundan am
bre ppt bambax habundancia que e ibi fiunt ibi panni
multi et optimi de bambace Victus eorum e in carnibus et pis
cibus multum et lacte et risis in quibus habundant omni blado care
tes Nudi aut omnes tam viri quam femine intendentes
Astrologie aut satis operam dantes intendunt augurijs
et demoniorum carminibus Vc millia miliar' longe a Scherra
p mare versus meridie e quedam insula Sarracenorum
hec aut insula gyrat iiij^a miliar' ut multis habent
aut insula predicta iiij^or dominos Nascunt aut ibi elephantes
et cameli quorum e ibi copia quidem incredibilis mercatio
eorum e ibi maxima de dentibus elephantum Victus aut
omnium carnium e ibi pt camelis est eorum ibi habundan omni
annum diversarum carnibus Ultra istam insulam sunt quedam alie
insule ad quas e difficilis navigatio ppt fluxum et fluxus
maris e nimium periculosus in quibus ut dicunt qui viderunt
quod certo tempore apparet ibi quedam species avium que vocant rutzi
Sunt eorum aves maxime quarum ale et penne sunt longe
xx passuum grossitudo vero earum correndet longitudini
corporis Vires eorum similiter corrndet adeo quod una illarum
avium capit elephantem levans eum in aere et dimittens
eum cadere facit eum crepare quod postea pascat ad votum Dicunt
aut quidam nescientes quod sunt gryffones sed non e verum sicut
narraverunt m' famuli mei qui eas viderunt ut dixe
runt Vinci aut magni chaam missi ab eo pro quoda

captivos, repetendo per unam illarum insularum captivos reducto portaverunt unam pennam de illis avibus, portaverunt eciam dentes illorum aprorum qui sunt in illis insulis qui sunt magni sicut bubali, quarum dens unus pendat xiiij libras. Ego autem Marcus Polo predictus auctor huius libelli vidi dictos nuncios et dictam pennam et dictos dentes. Dicunt eciam quod sunt ibi multe giraffe et onagri et multa animalia diversa.

Zamchuar insula. Zamchuar est quedam insula indie maioris gyrans circa ij miliaria. Gentes eius ydolatre sunt, proprium ydeoma et regem habent. Sunt autem multum deformes, grossi et corpulenti et viribus fortes adeo quod unus eorum comedit pro iiij, de meis pondus portaret pro totidem. Nigerrima est corpora habent, semper nudi incedunt, ora eciam magna et aures magnas habent et oculos grossos et prominentes. Sunt tamen terribiles et inexplicabiliter ipsi et femine eorum in omni deformitate horribiles. Flamme habentes mamillas grossiores in quadruplo quam mulieres. Victus eorum est carnes et lac. Vinum de vite non habent, faciunt tamen vinum de riso et multis aliis speciebus mixtis bevendum, quod est valde bonum ad potandum. Sunt eciam ibi multi mercatores quia mare est ibi navigabile. Mercatio magna est ibi de dentibus elephantum, de quibus est ibi maxima multitudo, et copia multa ambre. Homines illi mortem non timent et fortitudine singulari sunt dotati et acerrimi preliatores. Ascendunt elephantes et camelos, lanceis et ensibus preliantur. Faciunt enim super elephantem castrum ligneum super quod preliantur xx homines lapidibus et iaculis iacentes inde. Castra illa cooperiuntur coriis animalium silvestrium. Cum ad pugnam sunt processuri, potant elephantes dicto vino quo fortiores et audaciores efficiuntur. Sunt eciam ibi leones multi.

:. homines audaces et acerrimi belatores et equaliter preliantur super elephantes et camelos.

:. dant potum elephantibus de dicto vino ad preliandum.

:. Li grifi ron gri · et alia animalia ·

:. de insula Zamchuar

:. ydolatri

:. li homines multum deformes et grossi.

:. vinum de risi et speciebus ·

:. mercimonia de dentibus elephantum de ambra.

:. li leone multi.

.: Hic multa animalia diversa a nostris .

.: Hic omnes arietes albi corpore et nigro capite

et leones et multa animalia diversa a nostris Omnes arietes huius insule quorum est ibi maxima copia sunt albi corpore ut nix et nigro capite Sunt etiam ibi multe gyraffe que sunt pulcherrime ad videndum habent collum et tibias anteriores longissimas posteriores vero breves Collum enim est adeo longum quod ponunt caput altum circa iii passus Caput habent parvum et corpus lineatum de albo et rubeo Sciatis me non dixisse de omnibus insulis indie nisi de melioribus nobilioribus et maioribus Sciatis enim certissime quod in mari indie sunt xii m insularum habitatarum sicut ostendit carta et libri optimorum nautarum navigantium in pelago maris

Dicto de India maiori dicendum est de media que vocatur Abasian

Abasian est quedam magna provincia et insula que vocatur india media In hac provincia sunt sex regna et reges quorum quidam sunt christiani quidam vero sarraceni Maior autem dominus eorum est christianus cui omnes alii subsunt Omnes autem christiani huius insule signantur ferro candenti in fronte signo crucis Judei vero quorum est ibi maxima multitudo signantur ferro candenti in singulis maxillis signo quodam oblongo Sarraceni vero quorum est ibi maior multitudo signantur eodem uno signo longo in fronte protenso usque ad nasum Maior rex christianus moratur in medio insule In hac provincia predicavit beatus thomas apostolus et maximam gentem convertit Tandem ibi martirio vitam finivit corpus eius requiescit ibidem ut dictum est In hac provincia sunt boni milites ad preliandum qui exercitati sunt cum multis provinciis barbarorum Anno domini M CC lxxxviii imperator provincie Abasian qui est christianus voluit visitare personaliter sepulcrum christi sed fuit prius maximo apparatu Consilio vero et precibus suorum prepeditus eo quod oporteret eum multas sarracenorum provincias etc.

[Margin notes, partly cut off:] ...e grifi multi / ...q(ua)les sunt. — In india maiori sunt xii m insularum habitatarum. — De india media — De provincia Abasian que insula — sex reges ... maioribus ... christiani ... signantur ... christiani ... quomodo Judei ... quomodo sarraceni. — predicavit sanctus thomas et habuit martirium. — boni preliatores. — ... imperator huius provincie christianus voluit visitare sepulcrum domini.

terre qui possent eius itinera impedire cum omnibus sarracenis
odiant hominibus gentibus. Iohannes misit illuc locotenentem
suum quendam scilicet episcopum cum magnis oblationibus et cetera
decenti comitiva. Cumque episcopus visitato sepulchro Christi rediret ad
propria Soldanus rex sarracenorum in principio Adon eius transitum
audito fecit capi eum mandans ei ut Christi fide negata fi-
dem reciperet Machometi alias autem ipsum et socios con-
tinuis affligeret ut dicebat. Episcopus vero et socii gratia Christi robo-
rati constanter perdurantes in fide audacter soldano ut decuit
fideles responderunt. Cum eorum regis potenciam timens
ad se reversus dimisit eos. Episcopus vero ad suum rediens dominum
retulit que ei soldanus improperia intulisset. Imperator iratus
statim collecto exercitu infinito paravit exercitum maximum mi-
litum et peditum et elephantum cum castris et machinis
munitorum et terram Adon intrans multa dampna et strages
intulit sarracenis. Soldanus vero hoc audiens multis
eorum in duplo gentibus congregatis regi Iohanni occurrens
passus difficiles preoccupare conatus est. Deo autem fa-
vente rex Iohannes cum ipso soldano deficiente cautela
passus victoriose et audacter transivit bellorum commissis ob-
tinuit Iohannes. Sarraceni igitur fugientes alios passus et
transitus preoccupare conati sunt ne maiora dampna rex
Iohannes inferret terris et quarto victi et debellati fugierunt.
Copianus igitur imperator multis dampnis sarracenis
impositis secum illatis ad propria cum victoria et gaudio re-
meavit. [illegible] autem gentium Abassyan et [illegible] et [illegible]
nes et hec habent eorum oleum scilicet de semine Busma. Sunt
etiam ibi multe graffe leones leone leopardi et multe alie	: habentur graffe. leones. leones pardi
bestie diverse a nostris. Sunt etiam ibi galline diverse a nostris
et pulcherrime visu. Sunt etiam ibi papagalli diversarum	gallinae pulcherrime.

: papagalli diversarum for-
marum colorum.

.h. strutones . s. abestruzes.
.h. maimones brutes facies hominum.

formarum et diversorum colorum et multe alie aves diverse a nostris. Sunt etiam strutiones magni sicut asini. Sunt etiam catti maimones habentes facies hominum similes. Sunt etiam ibi magne multitudines de bambace de quo faciunt pulcherrimum pannum faciunt pulcherrimum et optimum bucaranum.

e provincia / den. / nt sarraceni / Rex e solda / g abdo. / hic tractatur / ercancie. / ortantur mer / ancie in flumine / venit in ale / andriam. / Aden est ditissimum regnum. / ompilium? / sit soldanus / Aden soldanus / ani lonie (?). / De civitate / Escier.

De provincia Aden. Provincia Aden est valde magna et dives habens optimum portum cuius rex ditissimus multum super reges sarracenorum vocatur Soldanus. Cuius gentes sunt Sarraceni odientes pre omnibus aliis christianos. Sunt etiam ibi multe civitates et castra. Est etiam ibi quidam portus optimus quo applicant omnes naves cum mercatoribus de India venientibus cum speciebus et aliis rebus. Mercimonia preciosa ipsi mercatores ponunt in navibus et portant per quoddam flumen vii dietarum. Ex quibus extracte portantur per terram xxx dies in camelis et ibi inveniunt flumen decurrens in Alexandriam. Multi equi venales portantur eadem per idem flumen in Alexandriam portantur. Hec igitur est melior et brevior via portandi species et mercancias quascumque de India in Alexandriam. Per quem ducuntur in Alexandriam multi equi venales cum ibi non habeant bonos equos de terra sua. Soldanus Aden propter maximos redditus quos recipit a mercatoribus predictis est unus de ditioribus regibus sarracenorum. Tempore vero quo capta fuit Acon, quod fuit anno domini m°cc°xci°, Soldanus Aden misit Soldano Babilonie propter odium christianorum xxx^m equitum et xxx^m camelorum cum omnibus necessariis ipsi multum oportunis.

De civitate Escier. Longe a portu Aden ccc miliaribus est quedam magna civitas que est de provincia Aden que vocatur Escier, cui subsunt multe alie civitates et castra. Habet optimum

portas quos ducatur equi ducendi in media ciuitatis
vnus quod nemo possit cedere nisi uideret In hac prouincia ·:· hic nascitur incens[um] album in mag[na] copia·
nascitur incensum album in magna copia Arbores
autem gignentes incensum sunt sicut abietes per quas scissuras
quibus factis cum scissuris emanat inde incensum Multum
bladum nascitur ibi nisi risum et omnia faciunt de racis (?)
Animalia eorum sunt equi et cameli boues et arietes vi ·:· viuunt animalia s[cilicet] equi et cameli et boues et arietes de piscibus
uunt solum de piscibus quia nullam herbam habent propter
maximam calorem propter quod est terra omnino desiccata De mense
scilicet aprilis marcii et may capiunt in mari illos pis
ces in maxima copia quos siccatos seruant pro toto anno
et de illis piscibus nutriunt animalia sua cum careat ibi
herba et blado habitantes modicum risi qua parte ibi
nascitur pisces eorum quos comedunt animalia siccos et ra
cemos (?) sunt primi de magnis eorum piscibus quos capiunt
copiose faciunt panes sic comedentes pisces minima
tum coquunt illos ex quibus aqua impressa cohuant eos ·:· fit panis de piscibus·
sicut pastam et panem ex inde confecto coquunt eum ad
solem quod iterum siccatum faciunt panem bis coctum quod pro
toto anno seruantur comedunt eunde **De tarcharis** ·:· de tartar[is]
Maxima multitudo tarcharorum habitat versus aqui
lonem habentes regem qui est de genere magni chaam
Gentes ille sunt ydolatre fabricantes deum suum de
filtro dicentes eum habere curam de animalibus eorum habita
cio eorum est in campestribus et incultis comedentes carnes
et bibentes lac omni blado carent Pace est optata
et nulla gaudent grosso crassi (?) diuicie omnes eorum
sunt animalia copiose possessa Sunt ibi ursi maximi
longi xx palmarum albissimi pilos habent et maiores

·:· vrsi maximi albissimi pilo·

Ex ista provintia portantur zebelline et a[illegible]llini et varii. et allie pelles.

aristas omnino magnos. Sunt etiam ibi multa animalia sil-
vestria (in ista provincia et maxima habundancia omnium ani-
lium et quorundam animalium parvorum que vocantur zebellini que sunt
meliores pelles de mundo. Quadam enim pellium zebellinorum que
sufficiunt unius valet ad duo bisantios auri et mille flor.
auri. Est etiam ibi maxima habundantia pellium variorum qui
capiuntur ibi quia terra est valde deserta et maxime montana.

quomodo capiuntur ista animalia.

Capiunt dicta animalia et quedam alia que vocantur
armelini et erculini et multa alia animalia silvestria que
capiuntur quosdam laqueos quos sciunt facere homines illi. In pro-
vincia ista sunt multe aque et lacus magni propter sempiternum
frigus quod est ibi propter glacies et per totam partem illam non
potest ambulare equus nec ad hunc animal grave. Ubi autem
fluunt aque ille sunt multi pontes per quos viri transeunt.
Durat autem ista via terra per xiij dietas in dictis sunt ma-
ximi montes et valles. Eunt autem multi mercatores emere

quomodo mercatores sunt mercantiis.

dictas pelles ex quibus faciunt maximum lucrum. Oportet eos ascen-
dere montes illos et descendere ad valles in meabiles
ad quos ita potest ex predictis in capite xiij dietarum
et quedam habitaciones hominum ostendunt illos qui ascendunt
et descendunt de montibus illis. In passibus enim quibusdam
tenent maximos canes qui sunt magni ut asini. Illi
autem canes de quibus sunt in quolibet passu et xl ingruitur
et sunt docti ad pugnam ad quod iungitur sex canes ligatti
quadam biga adiunctam. Biga autem habet rotas planas de
subtus super quam posita pelle ursi sedet ibi ductor eorum
et alii homines vestra et isto modo vadunt tanti de
uno passu ad alium passum per omnes illas xiij dietas. De
In fine huius provincie est quedam provincia obscuritatis
provincia nomine obscuritatis scilicet est apud nos tota completa.

De provincia que vocatur obscuritas
credo quod sit nurvegia et gotia et allie
per septentrionem.

tarde · Nunquam enim ibi lucet sol · Gentes enim illi sunt albi et pulcri et bene formati in omnibus membris et magni propter carentiam tamen solis sunt omnes pallidi nullum habent dominum nec legem sed vivunt sicut bruta animalia Tartari sibi confines sepe predant eos equitantes propter obscuritatem quam exire et redire nesciunt sed assumunt equas que pullos habent quos pullos in custodia dimittunt in introitu obscuritatis capta autem preda in reditu equas habenas quas equitant ille aut recto itinere redeunt ad pullos Habitatores huius provincie ponentes ingenium eundo venantes capiunt plurima animalia de quorum pellibus multum lucrant De provincia Rostia Rostia est quedam terra vel provincia sub tenens ad aquilonem et adeo magna quod protendit usque ad mare occeanum In mari illo sunt quedam insule in quibus nascuntur multi girfalci et falcones peregrini et ibi capiuntur et inde portantur per totum mundum Gentes sunt christiani sed scismatici tenentes ritum grecorum Sunt ibi pulcri homines et mulieres albi et flavi Sunt enim tributarii tartarorum orientalium Non habent aliquas mercationes nisi illarum pellium illorum animalium predictorum de quibus est ibi magna copia Sunt etiam in rostia multe minerie argenti de quo lucrantur minerarii illius provincie Est etiam in rostia tanta et tam sempiterna frigiditas quod vix potest ibi vivere homo vel animal (Annus quo supra etc. 12 kl. mar.)

: nullum habent dominum neque legem :
: industria tartarorum quo predant istas provincias de qua nesciunt exire propter obscuritatem
: qui recipiunt animalia pro pellibus :
: Rostia vero quedam sit hec provincia
: ex hinc portantur girfalci falcones et per totum mundum
: sunt christiani scismatici.
: magna copia predictarum pellium
: habet multa mineria argenti.
: habet sempiterna frigiditas.

